

HORATII PAGNINI

I. V. D.

Et Pis. Primatialis Eccl. Cappell.

In Causa Reuelationis Testium.

RESPONSVM.







PISIS

Ex Typographia Tanagliana . M.DC.XXXII.

Assentientibus Superioribus.



DA MIHI DOMINE SERMONEM RECTVM.



Voniam se, suosq. defendere, non solùm natura ipsa demonstrat, sed etiam docet *Imp. in l. cum fratrem C. de his, quibus, vt indig.* & vt inquit *Bald. in l. p. col. 11. C. qui accusar. non poss.* appellatione suorum singularis amicus continetur, propterea ne infidus huic Amico (quod adsit) videar, susceptæ defensionis munus subire, præcipueq; rogatus, non dedignabor: Pro cuius intelligentia premittendum in facto est, quod ad instantiam D. Guglielmi de Battaglinis fuerunt emissa monitoria in forma, vt si quis sciret aliquid, quod ad ipsum pertineret, fuisse subtractum ex domo ipsius, ante, vel post mortem naturalem D. Alberti eius nepotis, teneretur sub excommunicationis pœna reuelare: Quapropter mulier quædam vna cum famula d. D. Guglielmi, multa reuelauerunt Curiæ Domini Vicarij Gener. Pisarum, quibus reuelationibus sic stantibus, dubitabatur, an deueniri posset ad declarationem, & condemnationem reorum in reuelationibus contentorum? & pro affirmatiua sententia breuiter concludendum videtur, nam cũ in ore duorum, vel trium testium stet omne

verbum *c. cum ess, &c. relatum. de Testam. Grat. discep. for. discep. 895. n. 47.* plenam probationem eos efficere manifesti iuris est, & docet *tex. in l. vbi. ff. de test.* & vltra *Bart. & Bald. & alios recentiores, docet, & Nepos a Montalbano in tract. de except. art. 19. n. 50. Mascard. de prob. conc. 898. n. 1. vol. 2. Afflict. decis. 71 num. 3. & decis. 337. num. 1.* immo hæc omnia extenduntur etiam si vnus de fama, alius de veritate testentur, *Nellus a S. Gemin. in tract. de test. fo. 173. n. 169.* licet etiã non sint omni exceptione maiores, maxime in casu nostro, *Io. And. in c. quod pro causa de proc. Paulus de Castr. in l. fin. C. de prob. And. Siculus in c. at si Clerici in Gloss. 5. de Iud.* quos refert, & sequitur *Aleiat. in tract. de præsumpt. præs. 29. n. 28.* quamquam testes huiusmodi non sint duo testes singulares, sed duo testes contestes, deponentes inter cetera conformia, duas arcas plenas extractas esse de domo ipsius D. Guglielmi, quorum testimonium plenissimam probationem efficere tutissimum est, *Afflict. decis. 73. n. 5. Sera. decis. 270. n. 3.* corroborantur autẽ hæc omnia, quia tractatur hic de vindicãdo per sentẽtiã ex reuelationibus ab exportante, & de restituendo ei, a quo fuit sub tractum, licet non in corpore, & substantia, secundum æstimationem saltem, quocirca cum reuelationes huiusmodi factæ sint, prout fieri debent primo, & principaliter ad alleuiandam propriam conscientiam, sicuti (multis in iure prætermissis) decidit *Romæ sacra Inquisit. Congregatio,* ex causa cuiusdã ædicti *Episc. Lucani de blasphemia, manuscripti apud me,* nequaquam dicendum, neque credendum est ex reuelationibus huiusmodi conscienti-

am ipsam iterum grauare voluisse, *arg. tex. in c. sancimus in q. 7. & in l. fin. c. ad l. Jul. repet.* & hoc manifestissimè colligitur, quoniam multi sint transacti menses a morte d. D. Alberti cũ tandẽ vsquequo de excommunicatione actum non est, nihil per eos dictum apparet; Quoniam vero dici potest, nonnulla reuelari, siue deponi per vnũ ex testibus prędictis, propterea intelligẽdum est, quod licet regulariter dici soleat, dictum vnius, dictum nullius, tamen in his que difficilis sint probationis, vnus eorum tantummodo sufficit, *Seraph. vltra consulentes, & scribentes in hac materia decis. 167. n. 1. & 572. n. 1.* si enim concludentes prosumptiones, & coniecturę in materia diffiicilis probationis admittitur, *Sera. decis. 1450, num. 5.* multo magis dictum vnius testis, aut: multo magis *(. de Sacros. Eccles.* maxime quando agitur de teste deponente de visu, qui omnem aliam vincit probationem, *Ant. de Rossellis in tract. de succ. ab int. fo. 67. n. 1. Steph. Costa in tract. de Affinit. fo. 196. n. 6.* & propterea *Bald. in l. contra negantem ff. ad l. Aquil. & in Rub. de prob.* hanc nobilissimam probationem appellat, maxime quia a Iudice potest deferri iuramentũ suppletorium *Masc. de prob. conf. 975. n. 8. vol. 2. Boer. decis. 183 n. 2.*

1 Neque officit testes huiusmodi fæminini sexus existere, quoniam ceteris in iure prętermissis, cum per viam inquisitionis procedatur, à testimonio ferendo nõ arcentur, *c. 3. ex. de Testam. Gloss. in l. 3. §. pen. circa finem ff. de test. Iacob. de Bellouisu in sua pract. iud. f. 232. n. 15.* & eò magis, cum re vera aliundè veritas haberi non possit, *Alex. cons. 74. viso themate in princ. vol. 1. &*

 cons.

conf. 23 animaduersus vol. 2. quem fequutus eft *Dec. conf. 363. in causa, quae agitur n. 5. Iaf. in l. cunctos populos n. 5 9 C. de summ. trin. & fid. cathol.*

Neq; fufpectum animum Iudicis reddere poteft, alterum ex teftibus domefticum effe, ac familiarem, nàm, vt dixi, fumus in cafu difficilis probationis, nempé rei Domi geftæ, ad cuius iuftificationem admittuntur, & fufficientes funt, *Masc. de prob. conc. 104. n. 8. vol. 1. in l. si quando in vlt. col. C. vnde vi;* namq; fi coniuges de adulterio accufantur, cum talia delicta, fiue coitus, clã, & occultè non in pręfentia fieri foleant, probatio per domefticos admittitur. *l. consensu C. de repud. Masc. de probat. conc. 124. n. 48. vol. 1. & 1365. n. 7. vol. 3.* ficuti etiam negotia, quæ tractantur in Capitulo, vel in Vniuerfitate, nequaquam tractari folent in præfentia aliorum, quoniam verò ex natura actus defiderantur tãtummodo perfonæ de Capitulo, vel de Vniuerfitate, idcircò illi admittuntur ad probandum gefta in vtroq; loco. *tex. in c. veniens. il 2. de test. & in l. quoties C. de nauf. lib. 11. Masc. de prob. conc. 391. n. 11. vol. 1.* & proptcrea *Speculus in §. 1. vers. quod est domesticus*, fubtiliter loqutus fuit dicendo teftes domefticos admittendos effe in cafu *l. consensu, & c. veniens*, per ea, quæ dicit *Alex. conf. 24. n. 11. lib. 2. & Ruin. conf. 189. circa primam n. 18. vol. 1. Seraph.* qui multos congerit *decis. 1088. n. 5. Afflict. decis. 400. n. 1. immo Bart. in d. l. si quando,* vlterius progreditur dicendo, quod non folum admittuntur, verum etiam pręferuntur alijs, adducit optimũ *tex. in c. super prudentia 18. q. 2. Stephanus Aufrerius in*

tract.

tract. de reprob. testium fo. 179. num. 36.

Neque prętēdi potest famulam hanc, ac familiarem, ratione antiquę seruitutis aliquod interesse habere, quoniam licet, nullo modo habeat, nec habere posit, tamen quia, primò, & principaliter nec agitur, nec agi potest de suo interesse, nequaquam repelli debet, *Gratus cons. 41. n. 17. lib. 2. Put. decis. 15. lib. 3. Ias. in l. si quis nec causam ff. si cert. petat.* Præterea suspicio omnis, quæ haberi potest ex testibus domesticis, regulariter procedit, quando ipsorum dictis tantummodò standum esset, in casu autem nostro dictum testis domestici concurrit cū dicto alterius testis extranei, ex quo omnis tollitur suspicio, *tex.* est valdè singularis in *l. si quis ex argentarijs ff. sed si omnes in vers. quod si humilis, & exploratus vnus ediderit, ff. de edend. Barbat. in tract. de pręst. Card. quæst. 2. primæ partis sub n. 27.* & ideò *Angelus cons.* 1. inquit, dictum testis domestici sustentari dicto alterius testis habilis, maximè quia testes huiusmodi non deferuntur à parte, sed motu proprio, & ad alleuiandum propriam conscientiam comparere, manifestum est.

Nec dicatur dato, sine veri pręiudicio, quod supradicta concludentisimè procederent, pro vt re vera negari non potest, tamen omnia subtracta pertinere ad illos, qui ea subtrahi curauerunt, namq; contrarium omnino dicendum est, vt euidentisimè colligitur ex reuelationibus, vt in actis, ibi *Commare noi confidiamo in voi; di grazia non dite niente*, & alibi, *perche quando loro empiuano dette Casse io ero mandata via*: illi enim, qui sua congerere, & extrahere volunt, non clam sed palam id efficere

re non dedignantur, & propterea cum illud manifestissime dignoscatur ex reuelationibus, vt supra, non proprias res, sed ad ipsum D. Gughelmum spectantes, subtraxisse dicendum est ex illo vulgari testimonio veritatis, qui male agit odit lucem, canonizato in *c. consuluit de off. deleg. & in c. pericul sum 13. q. 2. & est text. cum Gloss. in l. donatio in verbo occulte C. de donat.* qui enim clã aliquid facit censetur habere malam fidem, nec ignorantiam, seu errorem allegare potest, vt ad propositum nuptiarum docet *Paulus in l. fin. ff. de ritu Nupt. Felin. in c. cum ex iniuncto. in princ. de Heret. Cepol. cons. crim. 26. magnificè col. 3. vers. item fraudolenta; idem Fel. in c. porrò de sent. excom. & in c. consuluit col. pen. de off. delegati, id etiã non praterijt Rom. cons. 506. in repræsenti col. 1.* & *Abb. in c. de homine de celebrat miss.*

Et hæc dicta sufficiant, hoc art. illot manibus pertractando ad dictum *l. (. in l. 1. ff. de orig. Iur.* ex quibus deueniri posse, & deberi ad condennationem reorum manifestissime apparere, concludendum est. Saluo semper, &c.

Horatius Pagninus I. V. D. & Clerci Pisarum.

CONclusiones superius firmatas, Iuri consonas esse puto; adeo, vt, licet fuerim de simplici subscriptione requisitus, libeat eas, nonnullis additis authoritatibus confirmare; Nam licet alias verũ sit, quod famuli, & illa quos vulgo seruitores appellamus, non admittantur, ad ferendum testimonium prò dominis,

Abb.

Abb. in c. ex litteris, n. 3. de testib. & late Masc. de probat. concl. 758. *n:* 1. ea ratione, quia istis imperari potest, igitur sunt ad testimonium inhabiles, *Glossa in cap. idonei, §. test. 3. q.* 5. Tamen ius aliter se habet, quando veritas difficulter alio modo haberi potest, quia tunc etiam domestici admittuntur, ad regulam l. consensu, *C. de repudijs*, & late post alios tradit *Menocch. de testib. q.* 55. *n.* 35. *& n.* 163. Vbi in indiuiduo loquitur de ancilla, testimonium ferente de his, quæ domi facta sunt, & de quibus ipsa vero similiter, potest esse sciens; qui est propriè casus noster. Id que etiam *idem author Latius, & repetit q.* 62. *in princ.* cui ego addo *Old. d. cons.* 15. *n.* 20. *& cons.* 106. *n.* 40. *l.* 1. Et licet, testibus ita examinatis, pro vt in casu isto factum fuit, videtur non satis plena fides adhibenda, vt sponte se offerentibus, ad regulam, *Textus in §. si vero ignoti*, in illis verbis, *veritatem corrumpere festinantes, auth. de Testib.* & late tradit *Boss. de testib. in Tit. de oppos. contra testes*; Tamen quando agitur de peccato vitando, pro vt euenit, quando quis deponit ad conscienciendam exonerandam, etiam istis creditur, *Feli. in cap.* 2. *n.* 33. *in fine, de test. Imol. in cap. Iurauit, de probat.* & post alios, *Menocch. vbi sup. q.* 80. *c.* 19.

Ant. Curinus, Pisis Legens.

CONcurro libentissime in sententiam à Religiosissimo, & Consultissimo Viro, quem glorior aliquãdo Auditorem habuisse, late firmatam; & à Præclarissimo

ſimo I. C. Domino, & collega meo docte confirmatam, tum ex ſubtiliter per eos congeſtis.

Tum etiam ex his, quæ ſcribit *Crot. de teſt. par. 4. nu. 24.* vbi dicit, quod quando agitur de [illegible] bando negocio, cuius veriſimiliter maiorem habent notitiam domeſtici, & familiares quàm alij, non ſolum familiares ſunt teſtes idonei, ſed etiam extraneis teſtibus præferuntur.

Et ex his quę tradit *Campeg. de teſt. reg. 11. verſ. decimo fallit*, vbi firmat domeſticis, & familiaribus teſtibus in his, quæ Domi fiunt, credendum eſſe.

Et iure. Nam quando veriſimiliter alię probationes haberi, & veritas aliunde dici non poteſt, teſtes etiam inhabiles admittuntur. Vt conſtat *ex Campeg. d. reg. 11 verſ. decimoſept. & reg. 3. verſ. fallit primo. & ex. Crot. in tract. de teſt. part. 1. n. 26. & part. 3. n. 47.* præſertim quando alias benę ſunt conditionis, & famæ, vt in caſu noſtro mihi ſupponitur. *Campeg. d. reg. 11. verſ. ſecundo fallit, & reg. 13. verſ. tertio fallit.*

Nec facit negocium quod iſti teſtes vltro ſe ſe offerant ad deponendum, & teſtificandum, quo caſu non videntur idonei ſed, ſuſpecti. Vt poſt multos per eum relatos firmat pro reg. *Campeg. de teſtib. reg. 126. in princ.*

Nam, alijs omiſsis, reſponderi poteſt, regulam pręfatam non habere locum, quando teſtis comparet, & deponit pro ſuo intereſſe ad remouendum peccatum, vt in caſu noſtro. Et ita in puncto reg. limitat *Campeg. vbi ſupra verſ. quarto fallit.*

Sanctes Ballarinus Peruſinus in Piſano Gymnaſio Ord. Iuris Ciuilis Interpres ſaluo, &c.

Quod vt supra ... nis Iuribus ostenditur, superadditisq; com ... go quoq; requisitus libenter cōfirmo, non ... domestico creditur in casu nostro, sed qu ... ras haberi non possit & tacendo ver ... atum mortale, posset compelli vxor ... filius contra fratrem, quod maius esset, ... *tractatus diuers. de Testibus in suo ... fis. cart 1. n. 31 vers. & ideo.*

... is, ... is, &c.

1043.24

Z



